

Franckesche Stiftungen zu Halle

Conspectus Chirurgiæ Tam Medicæ, Methodo Stahlina Conscriptæ

Juncker, Johann

Halæ, MDCCLVII.

VD18 90812107

Tabula LXXIII. De Vesicatoriis.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permission requests please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-197684-

- 4) *Acus* per cutim trajicitur, & sic
- 5) *Funiculus*, qui *acus* foramini immissus est, & *unguento basilico* vel *butyro* non salito prius inungitur, in vulnere relinquitur.
- 6) Imponitur *emplastrum*, quod ob *funiculum* utrinque finditur.
- 7) Mane & vesperi *emplastrum* removetur, *funiculus* modo dextrorsum modo sinistrorsum trahitur, & materia abstergitur, & sic verum *ulcusculum*, serum plorans, successive emergit.
- 8) *Funiculus* ne elabatur, extremitates ejus nodis necluntur vel futura uniuntur.
9. *Funiculus* quando nimis conspurcatus est, novus futura illi neclitur, & in ulcere, remoto postea conspurcato, relinquitur.
4. *Symptomata*.
Hæc pari passu fere ambulant cum illis, quæ sub *fonticulis* indicata sunt. Præcipue ad arcendam *inflammationem* commendamus discutientia camphorata cum lenibus repellentibus conjuncta.

IV. CAUTELE ET OBSERVATIONES.

1. *Setaceum* sine prægnante causâ non commenderur, ob multa illa incommoda, quæ habet sibi connexa.
2. Convenit præ aliis juvenili ætati.
3. Continuari debet per sufficiens tempus; sin secus, antiquus affectus recrudesceit.
4. Quando justo tandem tempore consolidatur, blandæ evacuationes laxantes subinde admittuntur.
5. De *setaceo* æque ac *fonticulis* & *vesicatoriis* notandum, quod sine concursu remedium *internorum* effectum durabilem non præstent.

TABULA LXXIII.
DE
VESICATORIIS.

I. DEFINITIO.

Vesicatorium est operatio chirurgica, qua per remedia caustica, præ-

Sss 2

ci-

cipue *cantharides*, vesica in cuticula excitatur, & aliqua feri portio per illam evacuatur.

II. USUS.

1. Uti *fonticuli* magis locum habent in *languidis* & *segnibus* affectibus *ferosis*, qui saepe recurrunt e. g. in decubitibus catarrhalibus, rheumatismis inveteratis, cutaneis deturpationibus &c. ita *vesicatoria* magis conveniunt in affectibus *impetuosus*, & quidem modo derivandi, modo revellendi intentione.
2. Hujus generis sunt dolorifici & *chronicoteri capitis* affectus, praecipue hemicanici, ophthalmici & odontalgici.
3. Item arthritici insultus recentes, praecipue quando congestio est *seroso-acris*. In magis enim *sanguineis* congestionibus evacuationes *sincerisanguinis* utiliores sunt.
4. Interdum etiam vesicatoria usu veniunt in diris symptomatibus *morborum acutorum*, e. g. phrenitide, convulsionibus, exanthematibus retrocedentibus; quamvis *frictiones* re vera hic praestent.

III. METHODUS.

Haec respicit

1. Locum applicationis, qui est in partibus sensibilibus e. g.
 - 1) In brachio interno, versus flexuram cubiti, imo in flexura cubiti. *Vid. Cautel.*
 - 2) In cervice.
 - 2) Retro aures.
 - 4) In tibiis &c.
2. Remedia, per quae vesicatoria excitantur. Haec sunt
 - 1) Praecipue *cantharides*, quibus nulla melior & efficacior datur materia.
 - 2) Facit quidem *allium* aliquid, sed efficacia ejus cum cantharidibus non est comparanda.
 - 3) Multo minus *semen sinapios*, *radices pyrethri*, *ranunculi*, *ari*. *Vid. Cautel.*
 - 4) Idem sentiendum de *succo chelidonii majoris*, *flammula Jovis*, *perficaria acris*, *euphorbio*, *stercore columbino* & *oleis destillatis acris*.
 - 5) *Moxam Cbinensium* & *stuppam cannabinam*, *Hippocratis* tempore usitatam, tacemus.

3. Mo-

3. *Modum* applicandi, qui nullam difficultatem involvit. Videlicet
 - 1) Abluitur locus aceto & crines, si adsint, scalpello auferuntur.
 - 2) Applicatur *emplastrum vesicatorium*, vel pulvis cantharidum, cum fermento panis in formam emplastri redactus.
 - 3) Munitur emplastro glutinante, spleniis & fascia.
 - 4) Quando post octo circiter horas vesica, sero turgida, conspicitur, chirurgus forfice illam discindit, ut serosi humores evacuentur.
 - 5) Quando intentio est, vesicam diu apertam servare, foveant illam per *folium brassicae*, butyro vel alio pingui unguento illitum; vel, quando brassica non est ad manus, per *folium hederæ arboreæ*, vel per emplastrum quoddam momento *pulveris cantharidum* conspersum.
 6. Chirurghi autem ordinarie imponunt emplastrum de *spermate ranarum*, & bis per diem illud renovant, donec feri stillicidium cesset.
 4. *Symptomatum* tractationem.
 - 1) Quando inhibere volunt stillicidium diuturnum, emplastrum *saturinum*, e.g. de minio, cerussa, imponunt.
 - 2) *Affluxus inflammatorius* quando accedit, camphorata in ambitu applicantur.
- IV. CAUTELE ET OBSERVATIONES PRACTICÆ.
1. Licet *vesicatoria* hoc etiam incommodi habeant, ut affectus, illorum ope profligati, facile recrudescant, & idem remedium deinde postulent, negari tamen non potest, quod adeo prompte, uti *fonticuli*, hoc non faciant.
 2. *Allium*, *rad. pyrethri*, *ranuncul. sem. sinap.* in sanguinem fortius agunt, & erysipelaceos ardores facile relinquunt.
 3. Speciale est experimentum, a *Judeo* quodam productum, & in A. N. C. dec. XI. ann. V. observ. 160. it. *Plater. observ.* frequentis experientiae testimonio notatum, quod vesicatorium flexurae internae cubiti, ubi vena secari solet, applicatum, certissimum effectum ad *odontalgiam* impetuofam exhibeat.
 4. Dissentiunt auctores de cantharidibus. Sunt, qui pedes tantum, alas & caput illarum in usum trahunt, reliquum vero corpus rejiciunt. Sed docet experientia, quod omnes hujus animalculi partes eundem effectum praestent.